



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regale Sacerdotivm

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1615

Cap. 10. De Sacerdotum orationib ac precibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54698](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54698)

fuit Pontifex Caiphas, ille veri Sacerdotis persecutor, quamvis verus Sacerdos non fuerit, quod tamen largitur verū est, cum nihil det suum, sed quod Dei. memento igitur, mores aut improbam improborum vitam nullum Sacramentis Dei damnum afferre, quo aut minora aut minus sancta sint. Dicere vult Sacerdotem etiam scelestum ac flagitiosum tam bene operari, tantaque virtute Sacramenta conferre, quanta iustissimus quisque.

Psal. 138.

Vita Sacerdotis improbi nihil Sacramentis obest.

Nullo detrimento is qui suscipit afficitur, etiamsi is qui tribuit, indignus esse videatur. Nam mysteria incontaminata contaminari nequeunt, quamvis Sacerdos qui eadem administrat, ceteros homines in peccato antecellat. Vera sunt hæc omnia, Sacerdotes: quamvis enim improbi sitis, vitaque vestra nefaria, quidquid tamen quoad Sacramentorum administrationem peragitis, validum & ratum est: attamen damnationem vobis ipsis accessistis; cum verò in statu sitis gratiæ, meritum opus facitis.

Isidor. Pe-
lus. l. 3. epist. 340.
l. 1. epist. 120
l. 2. epist. 37
Aug. 1. q. 1. c.
dictum est.
Sacerdotes
mysteria
non inquis-
nant.

CAPVT X.

De Sacerdotum orationibus ac precibus.

Boni Sacerdotis, inquit Augustinus, arma, lectio & oratio: vita enim iusti lectione instruitur & oratione insignitur. Hæc scilicet vera arma sunt, quibus oppugnatur & expugnatur diabolus, instrumenta sunt, quibus beatitudo acquiritur, flagella sunt quibus vitia exagitantur; alimenta sunt denique, quibus virtutes enutriuntur. Orationi igitur incumbite Sacerdotes.

Sacerdotū
arma lectio
& oratio.
Burchard. l.
2. c. 100. ex
D. August.
Iuop. 6. c.
177.

Ipsa

Sacerdotes *populo interpellant, & peccata populi comedunt, & orent pro quia suis precibus ea delent atque consumunt; de populo. quo digniores sunt, eo facilius exaudiuntur.*
Alex. 1. q. 1. necessitates quas Deo præsuntant. Frequenter c. eod. & c. ergo, vos ò boni aduocati, causas agite, sæpe Sacrosancta. rate, felices Sacerdotes; hac enim ratione precantium causam vincitis & precum vestrarum efficacia iniquitates eorum deletis.

Sacerdotes *orent indefinenter, vt vincat populus, qui sub ipso est, & orare tenentur pro stes inuisibiles Amalecitas, id est diabolos, qui duè bellum mouent ijs, qui pie volunt viuere Christo Iesu. Ex illius igitur sententia tenentur Sacerdotes nocte dieque pro salute populi, & liumque felici successu Dominum deprecari.*
Dist. 36. c. si quis.

De Incom- *Sacerdotes orationibus nostris, ob eam rem vt orationes que infirmiores per se sunt, validiores complexæ simul in calum euehantur. Vestras tur, ò pij Præsides, orationes cum populi bus coniungite, vt illis simul iunctis, quemdam impetum faciatis, & violentia dam ac vi caelos inuadatis.*
pr. ab. Dei uat. & ad pop. hom. 79. Sacerdotu] orati. populi orati- onem roborat. Eorum preces admodum vtilis. Gen. 20.

Redde viro suo vxorem, quia Propheta est, bat Deus Abimeleccio regi in Geraris, & pro te Abraham & viues, & c. Vnde euidenter ligere est, Sacerdotes precibus suis plurim posse, & suis illos orationibus vitam nobis seruare & adaugere.

Exod. 17. *Quamdiu Moses in conflictu Israël cum malecitis, manus in altum sustollebat, victor erant Israëlita; at vbi eam remittebat, victor sus, cedebat Israël & penes Amalecitas victoria; Cum igitur leuaret Moyses manus, vincer o-*

Israël; sin autem paululum remisisset, superabat Amalec. Insigne profectò mysterium, quò edocemur, quòd quamdiu Sacerdotes manus sustolunt, & precibus incumbunt, interea dum mundi conflictus durat, victoriam penes populum manere; at si easdem omiserint, inimicum de populo victoriam reportare.

Dicere solebat Demetrius, Ethnicus licet, *Quantum in bello potest ferrum, tantum in republ. potest eloquentia.* Quod barbarus ille de eloquentia, equidem potiori iure de oratione dixerim, & affirmare ausim, idq; per experientiam, quod in bello & conflictu potest gladius, id imò & amplius, orationem posse in Ecclesia.

Deus in populum suum seuera castigatione animaduersurus, ita populo locutus est, *Cerno quòd populus iste dura ceruicis sit, permittite me vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnam.* Vnde colligere possumus, orationes & preces bonorum Sacerdotum diuinarum indignationum imperum saepe numero sistere, impedireque, quo minus Deus peccatis irritatus populum suum castiget.

Scriptum est in Leuitico, *Et rogante pro eis Sacerdote propitius erit eis Deus, &c. rogabitq; pro eo Sacerdos, & pro peccato, & remittetur ei, &c.* E duobus igitur locis discimus, per Sacerdotum deprecationem & intercessionem Dei iram in populum suum accensam saepe tolli, eaque peccatis veniam & plenariam omnium delictorum indulgentiam concedi.

Absit à me, ait ad populum Propheta Samuel, *hoc peccatum in Dominum, vt cessem orare pro vobis.* Docere nos volebat, Sacerdotum esse semper orare, vota que & orationes incessanter pro

Sacerdotum preces obtinent populo victoriam contra hostes.

Demetrii apophthegma. *Plus in Vita.*

Deum iratum aduersus populum peccantium Sacerdotes.

Exod. 32.

Hieron.

Ezech. 27.

Leuit. 4.

Sacerdotes veniam obtinent peccatis populi.

1. Reg. 12.

Sacerdotes semper pro populo

G

pro orant.

Sap. 18. pro salute & incolumitate populi ad Deum destinare.

Hieron. Epist. 12. *Sacerdotū orationes Dei potentiam impediunt.* Properans, ait Sapiens, homo sine querela precari pro populis, proferens seruitutis sue scutum orationem, & per incensum deprecationem agens, restitit iræ, & finem imposuit necessitati ostendens quoniam tuus est famulus. Quæ veritas S. Hieronymus exponens ait, Boni & pii Sacerdotis preces, potentia Dei repagulum obijciunt. ac manus eius deincircire, cum in populum suum vult deservire.

Eccl. 48. *Sacerdotū preces exalto imperat.* Surrexit, ait Ecclesiasticus, Elias propheta in ignis, & verbum illius quasi facula ardebat. Verbum Domini continuit calum, & deiecit à se ignem in terra; sic amplificatus est Elias in mirabilibus. Quibus verbis ostendere voluit, bonum Sacerdotum preces ignis instar esse, ardere in faculas, & celo habenas iniicere, elementa que imperare, omnigenaque mirabilia producere.

Isaia 64. Propheta Isaias expostulans & conquestrum quod sui temporis Sacerdotes pro populo esse, unum non deprecarentur, dicebat lacrymans deprecans gemebundus. Non est qui inuocet nomen tuum, & qui consurgat & teneat te, abscondisti faciem tuam à nobis. Sciebat scilicet Propheta, bonorum vota, precesque Sacerdotum, populum esse protectionem, & repagula quibus iram de quo minus progrediatur ulterius retinetur, coërcetur.

Sacerdotū preces armadei manu excutiunt. Deus cum in populi sui crimina flagitia prodigæ animaduersionis flagello animaduertente reuellet, Prophetæ dicebat, Tu ergo non rare pro populo hoc, nec assumes pro eis lacrimas & orationem, & non obistas mihi, quo nec in

Jerem. 7.

vindictam sumam An non hinc manifestum fit, bonorum Sacerdotum preces Deo arma manu excutere; illius iræ flammam exstinguere, & impedire, quo minus omnia alicuius populi peccata ex condigno castiget.

Etsi Prophetæ sunt, aiebat idem Propheta, & est verbum Domini in eis, occurrant Domino exercituum, vt non veniant; quæ derelicta fuerant in domo Domini, in Babylonem.. Ita quoque Sacerdotum, nouorum inquam Ecclesiæ prophetarum, est; Domino aduersus populum suum indignanti occurrere, & Sacrificijs precibusque tantum efficere, ne cælorum furorès in illum desæuiant, vindictamque seueram sumant.

Jeremias Sacerdos & Propheta; alium Sacerdotem sui temporis hortabatur ad orationem dicens, *Consurge, lauda in nocte, effunde siliam aquam cor tuum ante conspectum Domini, leuâ ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum*, &c. Hinc discant Sacerdotes; officij sui esse; de noctu consurgere; incessanter Deum deprecari; coram eius maiestate sese prosternere; eamque pro reip. salutē & populi incolumitate exorare.

Ezechiel Sacerdotum Israëlitarum torporem, teporemque castigans, qui pro populo Deum deprecati non erant, hac aduersus eos castigatione est usus, *Non ascendisti ex aduerso, neque opposuisti murum pro domo Israël, vt staretis in die Domini*. Reprehendi etenim Sacerdotes, qui se Deo aduersus populum irato; non obijciunt, nec pro domo Israël esse vt murum & propugnacula opponunt, nec in die prælij comparent, id est eo potissimè

Jerem. 27.
Sacerdotes Deo occurrere debent precibus.

Thren. 2.

Sacerdotes noctu surgant pro populo oraturi.

Sint murum pro domos Israël.

Ezech. 13.



tissimum tempore, quo Deus aduersus populum suum irritatus est, quò eius flagella auertant pacem concilient, & iracundiæ illius impetum sistant.

**Ecclesiæ
clypeus
sunt.**

Cant. 4.

Turris Dauid, quæ in canticis describitur mille circumundique clypeis & armatura omni genera extrinsecus dependenti, munita erat, *Mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura foris est.* Turris hæc Ecclesiam figurabat, clypeorum instar, ac velut arma defensiva, quæ verò offensiuæ, suis Ecclesiam orationibus & quotquot eadem continentur, defendere & protegere debent, persecutionum impetu mundi iniurias, & cæli flagella, sine vilius sione damnouè sustinendo.

**Sacerdotum
preces magna
potestas.**

Ezech. 12.

Deus de populi sui iniquitate vindictam mere coactus, dicebat, queritans, quod Sacerdotum nullus orando sese obiecisset, deprecatusque esset ut manum auerteret, *Et quæ de ijs virum, qui interponeret sepem, & oppositò contra me pro terra, ne dissiparem eam non inueni, atque ideo effudi super eos mare iræ generationis meæ, & igne furoris mei consumpsi.* Si vel vnicus Sacerdos repertus esset, qui Deum deprecatus fuisset, iram suam ut auerteret, populo suo ignosceret, conceptam indignitatem mutaret, peccantium misereretur, misericordiamque benignus populum respexisset. De igitur quid non efficiat aut obtineat Sacerdotum deprecatio.

2. Mach. 3.

In libro Machabæorum duo iuvenes vestiti, sed qui hoc albo schemate Angelicam naturam velabant, Heliodoro templi custodi dixerunt, *Onie Sacerdoti gratias age*

propter eum Dominus tibi vitam donauit.

Bonis Sacerdotibus peccatores gratias agant, & beneficia quæ ab illis proficiunt agnoscant; sæpenumerò enim Sacerdotum intuitu & meritorum illorum consideratione, salutem peccatoribus & vitam largitur Deus.

Quapropter bene admodum consuluit fidelibus Sanctus Apostolus Iacobus in Canonica sua; *Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ & orent super eum, ungentes eum in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus. Orate igitur pro inuicem vt saluemini, multum enim valet deprecatio iusti assidua.* Agnoscebat scilicet hic Apostolus orationes Sacerdotum magnæ esse efficacix & vtilitatis, tum ad corporis tum ad animæ salutem comparandam.

Idem deinde consilium suggestit Apostolus Paulus, & singulos Sacerdotes in particulari adhortatur vt precibus incumbant, dicens, *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.* Hinc discite Sacerdotes omnium vos terræ statuum aduocatos esse, omnesque omnino homines precum vestrarum esse debere participes.

Orationi instate, vigilantes in ea & gratiarum actione, ait idem Apostolus. Sacerdotum quoque est noctes & dies orationi incumbere, precibus instare, Deoque pro tot tantisque beneficijs in mundum collatis, gratias agere.

Ad Ephesios verò ita scripsit, *Galeam salutis assumite per omnem orationem, & obsecrationem, orantes omni tempore in spiritu, & in ipso*

Peccatoribus vitam dat Deus idque propter Sacerdotum preces.

Sacerdotum preces profunt agris. Iacob. 5.

Sacerdotes pro omnibus orent.

1. Tim. 2.

August.

Epist. 59.

Coloss. 4.

Orent nocte & die.

vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis. Hoc Sacerdotes potissimum præceptum spectat, horum quippe est orationes & preces frequentare, horum est tam sancti exercitio incumbere, nec ab eo unquam desistere.

Quales esse debeant Sacerdotum preces.

Gradu. 7. de luctu gaudij opifice. Basil. in admonis. ad fil. spirital.

Orationi accedant gaudium ac metus. Lib. 1. de orando. Deū.

Ceterum Sacerdos orans sit admodum circumspectus, precando contremiscat, & tremere precetur, vti suadet sanctus Ioannes Climacus. Deoque ita assistat, vti coram iudice statueret, vt tum exteriori tum interiori habitu fauore & beneuolentiam tam seueri exactique iudicis promereatur. *Sta*, inquit, *in orationis precatione, nec aliter quam reus iudici assistens.* Hæc vobis norma sit, Sacerdotes, & gnomæ cumque DEVM ore deprecati fueritis, orationis maiestate eius in anima vestra contremiscite.

Quisquis, inquit Chrysostomus, Deum multo cum gaudio, multoque rursus cum tremore id faciat oportet. cum tremore quidem, cum timore, ne indigni videamur qui Deo precibus loquamur, rursus gaudio repleamur & voluptate, reputantes honoris & dignitatis magnitudinem, quod Deus mortalium genus tali ac tantæ cura dignatus sit, vt assidue diuino colloquio frui liceat, per quod etiam illud assequimur, vt temporarij & mortales esse desinamus, & immortales quodammodo reddamur, verè quidem natura nostra mortales, sed colloquio conuicti quem agimus cum Deo ad immortalem vitam transeuntes. Vestrum hoc officium est, Sacerdotes, vestrum est hac ratione orare & diuinas passiones orationi vestræ velut socias adhibere.

Quid aliud, inquit Sanctus Bernardus, cogitare debet Sacerdos intrans ad orationem quam propheticum illud, *Ingređiar in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei. Omnino siquidem oportet nos orationis tempore curiam intrare celestem, illam utiq; curiam, in qua rex regum stellato sedet solio, circumdante innumerabili & ineffabili beatorum spirituum exercitu. Hoc vobis infigite spirituales animæ, & quando orationi insititis, in celesti vos aula, & in medio turmarum Angelicarum versari cogitate.*

Quanta ergo cum reuerentia, ait idem Pater, quanto timore, quanta illuc humilitate accedere debet, à palude sua procedens & repens ranuncula vilis? quam tremebundus, quam supplex quam denique humilis & sollicitus & toto intentus animo maiestati gloria, in prasentia Angelorum, in consilio iustorum & congregatione assistere poterit miser homuncio? Hanc vobis dignitatem, ô Sacerdotes, adfert oratio, & ratio ipsa dicit, hac humilitate opus esse; magna siquidem prudentia opus est in omnibus actionibus vestris, sed prasertim in oratione & precibus.

Siquis, ô Sacerdotes, ais Magnus Basilus, coram Principe compareat, eiusq; maiestati loquatur, intus & exterius timore concutitur, oculi animæ internè tam attenti sunt, quam corporis exterius modesti, idq; propter pericula quæ indignè regiam maiestatem alloquentes manent. Quanto magis ante Deum cum timore & tremore ita consistendum est, ut animus illi soli sit intentus, & nusquam alio euagetur, cum ipse non solum externum hominem, sicut homines, sed internum intueatur. Si hæc Sacerdotes accuratiùs animo voluerent, maiorem haud dubiè in orationibus discretionem adhiberent.

Ibid.
Sacerdotũ oratio humilitate stiperetur.

Sacerdotes tremant Deum orantes.
Cap. 2. de inst. Mo- nach.

In Psal. IIS.
Sacerdos
ad oratio-
nem intē-
tus sit.

Oratio Sa-
cerdotis
incipiat à
gratiarum
actione, nō
verò à po-
stulatione.

S. Basl. c. 2.
de instit.
mon. Cypriā.
de orat. dom.
Ambros. l. 6.
de Sacram.
c. 5. Bonav.
in spec. discip.
cap. 6.

Veniat vobis, obsecro, Sacerdotes, in men-
tem eorum quæ magnus vobis Cassiodorus re-
presentat, ita quodam in loco in Psalmos scri-
bens, *In sola religiosa cogitatione totus debet spi-
ritus occupari, ne mens diuisa, effectum neque
impetrare, quem postulat.* Vt enim canis ve-
nationi ineptus est, qui inter currendum cur-
sum variat & diuidit, ita anima deuotioni
orationique, quæ inter orandum multifariā
distrahitur.

Meminerint adhæc Sacerdotes, si quando
ad orandum accedunt, orationem à gratiarum
actione, non verò à postulatione esse inchoan-
dam. Vnde Basilius, *Quare quodcumque impo-
tuis orare, omnia, teq, adeo ipsum relinquito, &
eius glorificatione exorditor qui omnia condidit.*
Postquam verò satis hanc partem fueris pro-
secutus, matureque perpenderit, non animi
vagabundo & huc illucque fluctuanti, neque
Græci suas enarrant fabulas, sed è Sanctarum
litterarum scrinijs, quæ dicenda tibi sunt depre-
mens, hoc modo dicit: *Immortales tibi gra-
tias ago Deus meus, tum propter immensam
fericordiam tuam, tum etiam propter singula-
rem patientiam & longanimitatem, qua hominum
num peccata toleras; infinitas adhæc gratia-
rum actiones tibi refero, quòd incredibili
patientia quotidie nos peccantes tam bene-
gnè sustineas, nobisque gratiam elargiaris
mediaque suggeras, quibus ad poenitentiam
accedamus. Utinam hanc magni Patris
structionem Sacerdotes sequerentur, atque
hoc modo vota sua precesque exordirentur.*

Lacrymæ quoque orationem Sacerdotum
semp

semper comitentur, & gemitus eandem præcedant; nam vt S. Bonauentura dicebat, *utere lacrymis ad rectè orandum, antequam quidquam petas, oratione enim lacrymantis magnopere Dominus delectatur*: O ter felices Sacerdotes, quibus eodem momento oculis profiliant lacrymæ, quo preces ore & animo proficiscuntur.

Præter lacrymas, oranti etiam, teste Climacho, necessaria imprimis est animæ tranquillitas; opus inquam est, spiritum esse stabilem & quietem, intellectum imperturbatum, cogitationes collectas, cor vacare perturbationibus, cerebrum tumultu, omnemque animæ statum ab omni bello & inquietudine immunè esse. Tunc enim potissimè demones maiori impetu ac violentia animam aggrediuntur, eiusque propositum distrahere & euertere moluntur, cum nimirum ad orandum se accingit. Nec omnino hoc consilium à ratione alienum, ipsa enim quies & animi tranquillitas, orationis est anima.

Habent enim, inquit Basilius, *morè hunc demones, vt facienda orationis temporibus, per speciosam aliquam laudabilem causam alicuius simulationem, nobis sedulo auctores sint, vt ab ea nos seducamus*. Hæc cogitate Sacerdotes, orationique intenti & attentissimi omni ratione satagite, ne mens vestra inter orandum deuagetur.

Vt igitur inimicorum horum vis infringatur, oportet orationem nec nimis timidam, ne nimis etiam audacem esse; illæ enim extremitates noxiæ sunt; illa siquidem pusillanimitatem includit, hæc præsumptionem & temeritatem, non sit medium porro est necessarium. *Quæ enim fidelis & humilis & feruens oratio fuerit, calum sine dubio*

Lacrymæ preces comitentur.

In regn. vi-
tior. c. 7. &
in Spec. di-

scip. c. p. 2.

& Nilus c.

6. de orat.

Gradu 4. de

obed.

Spiritus
quies orã-
di necessã-
ria.

Diaboli
turbant
orantem.

Lib. de abdi-
cat. seculi,

Isidor. l. de

sum. Bon.
Greg. lib. 10.

Mor. c. 17.
Oratio ni-
mis timida

non sit.
Bernard.

serm. 4. de
quadrages.

penetrabit. Vnde certum est, quòd vacua redire non poterit. Non oportet ergo Sacerdotem in oratione adeò timidum esse, quin ad propriam infirmitatem prius habito respectu, non simul etiam oculos in diuinam illam maiestatem cõiciat, ac cogitet à miseriarum nostrarum abyssis, misericordiam illius abyssum inuocari.

Sacerdotũ oratio terribilis.

De confid. l. 4.

Præterea oratio quæ ad maiestatem illam funditur, quàm terribilis est, quantumque tantum hostibus incutit & præsertim oratio Sacerdotalis? Timeat igitur inquit Bernardus, tuum ô Sacerdos, orationem qui admonitionem contempsit. Cui irasceris Sacerdos, Deum sibi iratum non hominem putet. O peccatores, qui Sacerdotibus bene monentibus auscultare detrectatis eorum saltem orationes ac preces pertimescitis.

Oratio sit importuna

Cassian. coll. 9. c. 33.

Gregor. lib. 1. Epist. 2.

Ceterum ad benè orandum requiritur etiam importunitas, imò penitus sic illa necessaria est & quamuis aliam præter hanc, virtutem non possideremus, & mentis prorsus essemus importunes; diuites nos verè dicere possemus ob importunitatem, atque ita per eam quidquid demeritum sit obtinere, utpote, ob quam solam, daturum Dominus, quidquid oratus fuerit in Evangelio repromittit. Importunitatem igitur saltem aduamus, Sacerdotes, si aliud non possumus, cum sine vlla molestia & merito hanc obtinere possimus, cumque ipsa à solius voluntatis presentia dependeat.

In oratione perseuerandum.

Serm. 230. de tempore.

Per importunitatem autem, assiduitatem etiam randi intelligo: oratio enim quæ perseuerans est, nos Deo coniungit, atque ita gaudens assidue se Domino gloriatur. Anima porro mea, inquit Augustinus, ubi Deo se coniunctam sentierit, secura esse incipit, libereque respirare accipit.

ceperfrui. Quid enim noceat animę aut quę illi potestas aduerfetur, quę *habitat in adiutorio Altissimi, & in protectione Dei cali commoratur.* Affiduę igitur, o anima, *DEVM* deprecare, nec desiste; ita enim maiestati illius approximas, & ab hominum consortio recedis, cęlo te inferis, & à terra te subleuas.

Denique in orando violentiam adhibete Sacerdotes, orari enim vult Deus, cogi & importunitate quodammodo superari; ideo enim dictum est, *regnum cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Esto igitur in precibus tuis importunus, & assiduus; vide ne in deprecado deficias, si is quem oras te audire fingat, raptorem age, violentiam indue, vt regnum cęlorum arripias, vim adhibe, vt & ipsos planetas tibi obsecundare cogas. *Quid hac violentia* inquit Gregorius, *locupletius? quid hac gloriosius violentia? bona violentia est qua Deus non offenditur, sed placatur; proximus non leditur sed iuuatur; peccatum non augetur, sed imminuitur.* utilis & bona est violentia, o Sacerdotes, qua non bonum aliquod breui periturum, sed regnum, quod finem non habebit at delicijs & diuitijs redundabit, quęritur.

Importuni erga Deum estote Sacerdotes, dicitur *De const. Monast. c. 2.* bat Basilius, *solum regnum cęlorum ab eo postulate, atque vt promisit, cetera omnia adijcientur vobis; est enim opulentissimus, rexq; ille augustissimus in dignatur, si quid aut maiestate illius indignū, aut exigui momenti ab eo petieris. Noli igitur tibi illum oratione tua iratū facere, sed ea petito tibi que digna sunt & Rege & Deo; hac autem petens ab eo ne prius recesseris, quam qua petis impetraueris.* Duo hic consideranda veniunt Sacerdotes, primum à Deo postulanda esse quę

Deus precibus importunis vrgeri vult.

In Psal. 6. pœnit.

De const. Monast. c. 2.

Sacerdotes Deum precibus fatigant.

quæ maiestatem illius dare non dedeant, deinde precibus importunioribus illum vrgendum.

*Ho. in Matt.
Iudic. q. 5.
intervarias.*

Semper orate, ait idem *Basilius*, siue comeditis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia ad Deum gloriam facite, accumbentes mensæ orate et tantes panem, largitori gratiam rependite. rebus vestris viuitis contenti, nolite tantorum beneficiorum auctoris obliuisci, vestes indidistis? gratias agite ei, qui easdem cõcessit: efficiat vt charitas in cordibus vestris succrescat erga eum qui vestes illas dedit, tum ad calorem & estum propulsandum, tum ad frigoris iniurias pellendas, quibus & vita vestra conseruatur & veracundia tegitur. Dies elapsus est? agnosce quod toperè illi obligatus sit, qui nullo tuo merito solem tibi dedit in facem, & adhuc ignem concessit qui nocturibi luceret, & in reliquis tibi vitæ commoditatibus opem ferret.

Deus assiduè orandus.

Dignam hanc instructionem sequimini sacerdotes, hæcque exercitia ad vsum reuocatum Deum inquam assiduè deprecemini, inque omnibus actionibus vestris preces intermissæ verniant.

Sacerdotes semper orant.

Audite & alium Patrem, *Ambrosium* si bene meminim, dicentem, si *Propheta* dicit, septies in die laudem dixi tibi, qui regni necessitatibus erat occupatus, quid nos facere oportet, qui legimus, vigilate & orate ne intretis in tentationem. Certè sollemnes orationes cum gratiarum actione sunt deferendæ cum à somno surgimus, cum prodimus, cum aggredimur, cum cibum paramus sumere, cum sumpserimus, cum denique cubitum pergitur, etiam in ipso cubili volo psalmos cum oratione dominica frequenter contextos via, vel cum cuius

Amb. l. 3. de virgin.

neris, vel antequam corpus sopor irriget, vt te in ipso quietis exordio, rerum secularium cura liberum, diuina meditantem somnus inueniat. Sanè si reges rerum temporalium onere pressi & regni gubernatione distenti, septies de die laudem dicant, Deumque deprecentur, Sacerdotes qui ab omni occupatione liberi sunt, omni memento genua flectere, Deumq; nulla non hora obsecrare oportet.

Oportet, inquit Chrysostomus & stratis relictis Ante auroo diuino cultu praeuenire solis exortum, & cum ad tam surgē- mensam accedimus, & cum nos ad nocturnam qui- dū ad Deū etem recipimus. Quin & omni hora Deo orationem orandum. aliquam offerre oportet, vt orandi cursus diei cursum aquet. Caterum hyberno tempore decet etiam Lib. 1. de noctis maximam partem precibus impendere, ac orando Deo, flexis genibus multo cum tremore instare deprecationi, hoc ipso nos beatos existimantes, quod Dei cultui vacamus.

Hanc orandi regulam adhibete Sacerdotes, diuinamque maiestatem noctu diuque depremini, ac magnum tum vobis honorem fieri credite, vosque verè felices putate, si hoc illi offerre obsequium possitis.

Dic mihi, ait idem Chrysostomus, qua fronte *Ibid.* solem intueberis, nisi prius adoraueris eum, qui Sacerdotes tibi tantum bonorum largitur & suppeditat; Deum orēt qua spe noctu cubitum secedes? quibus in sum- surgentes & cubitum nijs fatigaberis? quæ tibi occurrent plantasma- & spectra, nisi prius precib. te comunieris; secedentes. sed è contra instar bruti sine vlla præparatione & inermem te ad dormiendum componas? In- ferre igitur vult, Sacerdotem hunc Sacerdotum honore indignum esse qui vel somno surgit, vel ad dormitandum secedit, Deo precibus non saluta-

Laudes o-
rationis.

salutato. Eia igitur, Sacerdotes, precibus in-
cumbite, orationem confectemini, orate affi-
duè, mementote, orationem, iuxta Chryso-
inum, magna esse arma, magnam securitatem,
magnum thesaurum, magnum portum, refugij
locum, modò sobrij & mente collecta, & aduer-
sus omnem inimicorum impetum armata ad
Deum exorandum accedamus. Orate igitur, Sa-
cerdotes. Orate, inquam assiduè, cum per ora-
tionem armati sitis, extra omnè periculum con-
stituti, semper diuites, & in loco tuto ac securò
ambulantes.

*Serm. 22. ad
fratres in
erem.
Insignia
orationis
epitheta.*

O sancta oratio, exclamat Augustinus, colu-
na sanctarum virtutum, Deitatis scala; vidua-
rum maritus, angelorum cognata, fundamen-
tum fidei, corona religiosorum, coniugatorum
spes. Beatus qui te diligit, beatior qui te fre-
quentat, Beatus qui te complectitur, beatior
qui te gubernat. Beatus & millies beatus, qui lac-
rymas tibi socias addit, neq; enim dubitamus,
quin adeò sanctum & immaculatum holocau-
stum Deo longè gratissimum sit. O mirabilis
paradoxa; Sacerdotes! Oratio virtutum ful-
crum est, fidei basis, Angelorum consanguinea
cælorum scala, atque omnium mortalium spes.

Quis igitur toto illam corde non comple-
ctatur, omniaque deserat, hanc ut
inueniat?

CAPVT